

Římsko-německý král Friedrich II. Sicilský přijímá volbu Přemyslova syna Václava českým králem a svěřuje mu české království se všemi právy a poctami tak, jak je drželi jeho předkové.

Ulm, 26. července 1216

MGH DF II (XIV/2), s. 410–413, č. 377

Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Si specialibus et expertis fidelibus et dilectis nostris gratiam facimus specialem, non est indignum, set consonat omnimodis equitati. Eapropter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris imperpetuum notum esse volumus, quod misso ad presentiam nostram Benedicto, venerabili archidiacono Belinensi, exposuerunt celsitudini nostre dilecti fideles nostri Henricus marchio Morauie et universitas magnatum et nobilium Boemie, quod communi voluntate et assensu dilecti nostri Odacrii, illustris regis Boemie, elegerunt in regem eorum Vencezlaum, filium ipsius regis Boemie primogenitum. Propter quod maiestati nostre attentius supplicarunt, ut electionem ipsius Vencezlai ratam haberemus et firmam et eidem nostrum benignum impertiremur assensum. Nos autem, quia votive supplicationis huius affectum ex magne fidelitatis ardore novimus provenire, considerantes sinceritatem fidei et pure devotionis ipsius Odacrii, regis Boemie, quam erga maiestatem nostram hactenus habuisse dinoscitur, attendentes etiam obsequia filii sui Vencezlay, dilecti sororii nostri, que nobis et imperio fideliter poterit exhibere, de solita gratia nostra et consilio principum et magnatum imperii, qui tunc circa nos existebant, electionem prephatam ratam habemus et firmam et concedimus eidem Vencezlaio totum regnum Boemie cum terminis et omni iure et honore ac rationibus, eidem regno pertinentibus, sicut ipsum regnum pater suus et alii predecessores sui, tam duces quam reges, unquam melius tenuerunt et possederunt. Mandamus itaque et firmiter statuimus, ut quecumque persona ecclesiastica vel secularis hanc nostram confirmationem et concessionem infringere vel evacuare presumpserit, mille libras auri puri componat, quarum medietas curie nostre,

Friedrich z milosti boží král Římanů, vždy rozmnožitel říše a král sicilský.

Není nás nedůstojné, pakliže učiníme našim osvědčeným a ceněným, věrným a milým zvláštní milost, spíše to značí naši obecnou spravedlnost. Proto chceme, aby bylo všem našim věrným, jak přítomným, tak budoucím známo, že k nám naši věrní milí Jindřich, markrabě moravský a všichni magnáti a urozenci čeští vyslali Beneše, ctihodného arcijáhna bílinského, a jeho prostřednictvím nám vylíčili, že ze společné vůle a za souhlasu našeho milého Otakara, vznešeného krále českého, zvolili za svého krále Václava, prvorozeného syna tohoto krále českého.

A proto nás velmi prosili, abychom zvolení onoho Václava potvrdili a právem posvětili a abychom jemu udělili náš dobrotivý souhlas.

My tedy, protože jsme poznali, že vroucnost této žádosti pochází z velké věrnosti, a protože jsme také poznali upřímnost věrnosti a zbožnosti tohoto Otakara, krále českého, kterou projevil vůči našemu majestátu, a pozorující také poslušnost jeho syna Václava, našeho milého příbuzného, a to, že ji bude nám i říši věrně prokazovat, výše zmíněnou volbu jsme potvrdili a právem posvětili z naší milosti a na radu knížat a mocných říše, kteří tehdy byli v naší blízkosti, a postoupili jsme témuž Václavovi celé království české v plném rozsahu a se všemi právy k němu náležejícími, tak jak to království drželi a vlastnili jeho otec a ostatní jeho předchůdcové, jak knížata, tak králové.

Nařizujeme také a pevně ustanovujeme, aby jakákoliv osoba církevního nebo světského stavu, která by se pokusila narušit tuto naši konfirmaci a souhlas, složila tisíc liber čistého zlata, z kteréžto sumy by polovina šla do naší pokladny a druhá část by odčinila bezpráví

altera vero iniuriam passis persolvatur. Ut autem hec rata et firma imperpetuum perseverent, presens privilegium scribi et bulla aurea typario nostre maiestatis impresa precepimus communiri. Huius rei testes sunt: Syffridus Augustensis episcopus, Ulricus abbas Sancti Galli, Cono abbas Elwacensis, Henricus abbas Campidonensis, Radulfus palatinus comes de Twingen, comes Hartemannus de Wirtemberc, comes Lodowicus frater eius, Hermannus marchio de Baden, Hugo iunior palatinus comes de Twingen, comes Lodowicus de Otyngen, Bertoldus de Nyphen, Anselmus de Justingen marescalcus, Walterus de Syph pincerna et alii quam plures. Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Syffridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sextodecimo, septimo Kalendas Augusti, indictione quarta, regnante domino nostro Frederico secundo dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius quarto et Sicilie octavodecimo feliciter amen. Datum apud Ulmam per manus Bertoldi de Nyphen, imperialis aule prothonotarii, anno, mense et indictione pretitulatis.

poškozených. Aby tedy tato naše potvrzení a ustanovení trvala na věky, přikazujeme dodržovat toto privilegium zde napsané a zlatou bulou odznakem našeho majestátu opatřené. Svědkové této věci jsou: Sigfrid, biskup augsburský, Oldřich, opat svatohavelský, Kuno, opat elwangenský, Jindřich, opat kemptenský, Rudolf, falckrabě z Tübingen, Hartman, hrabě z Würtenberku, hrabě Ludvík, jeho bratr, Heřman, markrabě bádenský, Hugo, mladší falckrabě z Tübingen, hrabě Ludvík z Öttingen, Bertold z Neuffen, maršálek Anselm z Justingen, stolník Walter de Syph a mnozí jiní.

Já Konrád, biskup v Metách a Špýru, místokancléř říšský, zastupující pana Sigfrida, arcibiskupa mohučského a arcikancléře celé Germánie, jsem toto přehlédl a zkontroloval. Stalo se roku léta od vtělení Páně tisícího dvoustého šestnáctého, o sedmých kalendách srpnových, indikce čtvrté, čtvrtého roku vlády našeho pána Friedricha, z boží milosti krále římského a osmnáctého roku vlády jeho jako krále sicilského, šťastně amen.

Dáno v Ulmu rukou Bertolda z Neuffen, říšského protonotáře v roce, měsíci a indikci již řečených.